



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

B[e]n[e]d. agni & carniu[m] in pascha. c. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

tra ignem comburentem missa vel posita fuerint, illico ignis evanescat, et penitus extinguatur. Qui vivis et regnas cum deo etc.

Benedictio dei omnipotentis, patris, et filii, et spiritus sancti, per intercessionem beatę Agathe virginis et martyris tue descendat, et maneat super hos panes, et super omnes ex eis gustantes. Amen. *Aspergantur aqua benedicta. Per eund. postea dicat.* Per quem hec omnia domine semper bona creas.

De benedictione agni et carniū in die sancto pasche. Ca. 15.

Sacerdos dicta in canone commemoratione pro defunctis, postquam pervenerit ad illam partem canonis, ubi dicitur, Per quem hec omnia dñe semper bona creas etc. *Vertit se ad populum, et dicit.* Adiutorium. *R.* Qui se. *V.* Dñe exaud. *R.* Et clā. *V.* Dñs vobis. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.* *Oratio.*


Iesu Chrie fili dei vivi, qui es verus et immaculatus agnus, quiq; immaculatus in ara crucis peccata mundi delesti, et nos ad ovile propriis humeris reportasti, has carnes agni, quas ad usus hominum creasti, bene dicere et sanctificare digneris: ut omnes ex eis sumentes se sentiant tuis beneficijs repletos: et corporis, et anime sanitatem te annuente se percipisse letentur, salvator mundi. Qui vivis et regnas cum deo pa. *Oremus.* *Oratio.*

Omnis uniuersę carnis, qui Noe et filijs suis de mundis, et immundis animalibus precepta dedisti: quiq; sicut olera herbarum, humano generi quas drupedia munda edere permisisti: qui agnum in egypto Moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti, in figuram agni Dñi nři Iesu Chri: cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti: et angelo in nocte illa omne primogenitum in egypto percutere precepisti, seruans populum tuum agni sanguine prenotatum: dignare, q̄s dñe deus ops, bene dicere et sanctificare has omnia, agnorum, heredorum, auium, et quorumcumq; animalium carnes: ut quicumq; de tuis fidelibus populis ex eis comederint, omni bene dictione celesti, et tua perenni repleti gratia satientur. *Per eund. Aspergant aqua benedicta. Postea puerius ad altare dicat.* Per quem hec omnia, etc. *Oratio ouorum in pascha. Si fuerint oua benedicta aspers carniū aq̄ benedicta, dicat iterum.* *R.* Adiuto.

R. Qui se. *V.* Dñe ex. *R.* Et clā. *V.* Dñs vobis. *R.* Et cum. *Oremus.*

Subueniat, q̄s dñe, tue bene dictionis gratia huic ouorum creaturę, de qua pullos gallinarum procreare dignatus es: ut

ut



vt cibus salubris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarum actione
 alimentibus. Per Christum. *Aspergantur aqua benedicta. A
 sacerdos sequatur in missa. Per quem hec omnia. vt supra.*

In festo segetum et seminum in festo sancti Marci euang. *Cap. 16.
 In festo sancti Marci, sacerdos benedicturus segetes, erit
 cum clericis in agrum cum cruce et cereis, paratus cum suppel-
 leo et stola, incipit litaniam, sicut hinc supra. fol. 161. Quia similitudo
 est Kyrie elei. Christe elei. Kyrie elei. Pater noster et Ave Maria.
 Domine exaudi. R. Et cl. V. Dominus vobis. R. Et cum. Oremus. Oratio.*

Propter te tuam quae operis Deus: vt has primitias creature, quas
 aeris et pluuie temperamento nutrire dignatus es, bene-
 dictionis tue imbres perfundas, tribuens populo tuo re-
 tuis muneribus tibi semper gratias agere: et a sterilitate terre efflu-
 rientium aias bonis affluentibus repleas: vt egenus et pauper
 laudent nomen glorie tue. Per Christum. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterna deus, arbiter throni, quomodo terre et in-
 hilo pedentem gubernas, et ad victum humani generis, co-
 porisq; sustentationem agros opibus excolere iussisti, misericordiam
 tua supplices exoramus: vt quicquid in hos agros salubris seminis
 factum atq; plantatum est, respectu tue clementie prospicias, et aeris tempe-
 rari moderari digneris: vt resecato atq; absorpto omnium tribulatio-
 spinarumq; squallore, efficias fruges secundas, et ad maturitatem pro-
 ducta tribuas puenire, vt nos famuli tui vberem tuorum donorum
 fructum cum gratiarum actione percipientes, debitas atq; acceptas no-
 mini tuo laudes referre mereamur. Per. Oremus. Oratio.

Te domine petimus ac rogamus, vt hos fructus seminum frugum,
 frumentum, siliginis, hordei, auenae ac aliorum cuiuscumque generis
 existat, tuis oculis serenim hilarimq; vultu respicere digneris.
 Sicut enim testatus es Moysi famulo tuo in terra egypti dicens:
 dic filiis israel, cum ingressi fuerint terram promissionis, quam dico
 tuis, vt primitias frugum offerat sacerdotibus, et erit bene-
 dictio fruges: ita nos oramus te domine, vt auxiliu gratie tue super nos
 et hos fructus ad bene dictionem proferendam concedas: vt non gra-
 do surripiat, non turbo subuertat, nec vis tempestatis detruat, nec
 aeris serenitas exurat: non inundatio pluuias exterminet, sed in-
 columes et superabundantes pro vsum hominum ad plenissimam matu-
 ritatem perducere digneris. Per Christum. Amen. Oremus. Oratio.